

5

sepeliri. Id posteris suis in mandatis relinquentes. Constat preterea
 neminem fugit. q̄ et ipse omnium mitissimus hominum Moyses. hanc
 ob terram non tam visendam q̄ possidendam. contempro regali palacio.
 preclaris egypti opibus nichil habitis. spreta q̄ terra inculta. cum fra-
 tribus suis longo per desertum tempore affligi maluit. q̄ temporalis
 regni frui toconditate. Cuius eam dei nutu ingredi non licuit. saltem a
 longe prospicere et salutare ea loco de sublimi montis abarym habuit
 pergratu. Obmitto hoc in loco recensere ex penthateuci regum. iudici.
 prosperarum. Historiarumq̄ voluminibus plurima. que maiorem in mo-
 dum ad eiusce terre ingentem conducerent ostendendam sublimitate.
 quanto videlicet ista habitata ipsa parta fuerit sudore. quanta huius
 sanguine cede et strage subacta. q̄ sacratissimis semper gubernata legi-
 bus. q̄ minus a deo signis et prodigijs sepe numero decorata. q̄ clarissi-
 mis semp̄ exculta patribus et eorum tum rebus et factis memorandis.
 tum doctrinis et exemplis insignibus egregie illustrata. q̄ gloriosis
 referta personis. sacerdotibus scilicet ac regibus et prophetis. quorum est
 ampla satis laus in historijs. et memoria in benedictione. apud quos
 etiam tam sincerus dei cultus diu et diu viguit. ut ut notus in Judea
 deus duraret tunc in toto esset orbe terrarum. et in solo istaebel magni
 nomen eius. atq̄ habitatio eius in syon. Si quidem facta est iudea sancti-
 ficatio eius. istaebel potestas eius. Id potius post omnia velim adiectu
 velut scripturam instituti mei documentu. q̄ homo natus est in ea. et ipse
 fundavit eam altissimus. quia videlicet terram hanc unigenitus dei fe-
 lus. nostram venturus in carne. in temporis plenitudine sibi unives-
 so delegit ex orbe. quam et sua benedicta consecravit incarnatione. nas-
 tuitate conversatione. quam preerea doctrina sua et miraculoru gloria
 eximie honestavit. illustravitq̄ morte resurrectione. et in celos ascensio-
 ne. Quia ex re id haud ab re intulerim. quonia si (ut par ratio) digna
 putamus loca ubi Petrus et Paulus. cristiani duces exercitibus. et do-
 munci gregis pastores sanguinem fuderunt pro cristo. Si deniq̄ mar-
 tirum ubiq̄ veneramur reliquias. et sancta favillam oculis apponen-
 tes. si licet etiam ore contingimus. Terram istam quomodo non omni-
 proxijs dignissima veneratione existimabimus. in cuius medio salus
 tem nostra operatus est saluator noster. monumentu quoq̄ in quo res-
 demptor ipse noster conditus est quomodo non magnificiemus magis. quo-
 modo non plurijs reputabimus. immo vero quomodo sic a pfidis floccis ha-
 beri et naucipendi. tantis iam retro habitis temporibus sustinemus ut
 iniuria xpi et opprobrii nominis xpiani. Scitu est preerea et incoper-
 tum extat nemini. quanto antiqui studio et veteres iudei templum Jes-
 rosolimis et sancta sanctorum tum venerabantur tum frequentabant.
 presertim q̄ illic erat archa testamenti cum cherubin et propiciatorio.
 ubi tabule legis. manna quoq̄ et virga aaron que fronderat conti-
 nebantur. q̄ tamen omnia et singula ut vas electionis Paulus differit.